


1745.

1. Boetius, Jo. Samuel Fridericus : De computatione pretii
in emptionis praesertione .
2. Carrack, Joannes Tobias : De differentiis iuris Romanii
et Germanici in principiis iuris primis foliorum familiarum .
3. Herzberg, Ernestus Frider. de : De unionibus et comitiss.
4. Frachim, Joachim Friedrich : Historische und rechtliche Abhandlung
von den ersten Reichs-Tage, welches ein Roman des Kaiser
nach der Vorschrift der Guelfen-Balle, Cap. 2856. in 1.
Reichsstadt Nürnberg halten sollt. [Anhänger und in Jahrgg.
1744 gebraukt!]
5. Funckius, Joannes : De motu post partam .
6. Funckius, Joannes : De nitrosum modo agendi, uso
et abuso .
7. Funckius, Joannes : Cura aurorum missi s. Hannica?
8. Funckius, Joannes : Haerophobie . Von Läuff schauenden
Personen .

9. Knorrius, Carolus Gottlieb: De differentiis iuris Marchicis et Magdeburgici in successione conjugum 6.
- 10.⁷ = Netteldorf, Daniel: De genuina sponsalium de processu et de futuro notione. 3 Precept. 1745, 1760, 1782. 6^a
- 1746.
1. Bachmerus, Iacobus Henricus: ... Utrum Vectores vi Archi-afficularum imperatorem eligant?
 2. Bachmerus, Iacobus Henricus: Ne jure princeps fori locatoris in conductorem
 3. Bicknerus, Andreas Elias: Dissertatio in ergo medio legibus: quae quaestio: en sententia remedium abortum simpliciter promoventia in partem negativam resolvitur.
 4. Bicknerus, Andreas Elias: De cuncta alii solutione in morbis
 5. Lerrach, Joannes Tobias: De differentiis iuris Romanis et Germanicis in hereditate voluntaria

6. Hompelt, Petrus: De libertate orientalis Trisiæ, et ea
sent. 6a Toscianam imperii Romani. ^{Hannoveriæ reginae.}
6a Juncker, Joh.: Non sit homicida quae abortum procusat...
7. Junckerus, Joannes: De odontalgia.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
**NITROSORVM MODO
AGENDI VS ET ABVS**

QVAM

DIVINI NVMINIS AVSPICII AVSSV ET AVCTORITATE
GRATIOSI ORDINIS MEDICI

PRÆSIDE

DN. JOANNE JVNCKERO

MEDICINAE DOCTORE EIVSDEMQUE PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

DECANO H. T. SPECTATISSIMO

PATRONO ET PRÆCEPTORE OMNI VENERATIONIS
CVLTV PROSEQUENDO

PRO LICENTIA

SVMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIEVS LEGITIME IMPETRANDIS

AD D. JVN. ANNO MDCCXLV.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

CHRISTIANVS FRIDERICVS HENRICI

HALENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE

Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

DIVINITATIS INVENTARIUM MEDICO
DE
NITRIGOSORVM MODO
VEGENDIAS ET ABSA

DIVINI NAMENIS VASCICUS ILLASA ET VACATORIATE
GRATIOSI ORDINES MEDICO

PRISIDE

DN. IOANN. INCERRO
MEDICINE DOCTORIS RIASDEMOMAE PROFESSORI

FAMILIO ORDINARIO

DELENO H. T. C. ETATISSIMO

PATRONIS ET REPARATORIS OMNI FABRICATORIS

C. A. P. D. Q. L.

PRO LICENTIA

SIMILIA IN ALTI MEDICI MONORIBA ET PRALLEGIS
DOCTORIS ET FONDERI TRIBULIUS

EX. J. M. M. M. M. M.

LICENSATIONE ET VENI SURNITI

A. V. C. O. L.

CHRISTIANVS HEDERICVS HENRICI

AV. C. O. L.

H. H. M. M. M. M. M.

THEO. IOANN. CHRISTIAN. HEDERICI. ACAG. TADDEI

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
**NITROSORVM MODO A-
GENDI, VSV ET ABVSV.**

PROOEMIVM.



Ogitanti mihi, quale potissimum Dissertationis, quæ pro Licentia artem exercendi medicam iussu gratosi ordinis medici elaboranda est & defendenda, argumentum eligerem, varia se se mihi obtulerunt themata, inter quæ illud, quod dissertationi huic inscriptum est, disquisitione dignum censui, tum, quoniam arcte cum Praxi Medica cohæret, tum imprimitis etiam, quoniam ex accurata huius argumenti cognitione magnum in ægrorum salutem redundare emolumentum mihi persuadeo. Quot enim, quantique in nitrosorum modo adhibendi maximo cum ægrorum detimento passim committuntur errores? id quod eo minus mirandum est, quia multi de eorum modo operandi parum vel nihil sunt solliciti. Qua de re eum in pertractando hoc themate elegi ordinem, quem leges cogitandi naturales exposcunt: id quod ita instituendum esse artibratus sum, ut ea, quæ ex antecedentibus intelligi possunt, illis postponantur, & theorematæ ex definitioni-

bus ratiociniorum inter se cohærentium serie legi-time dedicantur. Cum vero animus meus non fuerit omnia, quæ de nitro eiusque origine & principiis dici possunt, pertractandi, neminem me virtii accusaturum esse credo, si necessaria tantummodo attigerim. Prius enim iam dudum a Celeberrimis chemi-cis factum est & labore, crambem sapientem coctam re-coquendi, supersedere malui. Habet igitur L. B. ea, quæ præmonenda duxi, & ut laborem meum beni-gne accipere velis, maximopere te rogo.

§. I.

Nitrum est sal.

Dantur corpora, quæ linguae imposita certum excitant saporem, & in aqua solvi possunt. Ta-lia corpora *falia* nominare solemus. Jam nitrum tales possidet proprietates, ut sapore linguam feriat, & in aqua dissolvatur. Nullum igitur est du-bium, quod nitrum ad *falia* sit referendum.

§. II.

*Nitrum pro-xime accedit
ad sal medium*

Chemici *falia* in duas dividunt species: nimi-num in *alcalia* & *acida*. Quæ ex horum combina-tione exsurgunt, sive quæ alcalinæ & acidæ simul sunt indolis, vocari solent *falia media*. Nunc docet præparatio aquæ fortis, nitrum ex spiritu acido & terra alcalina esse conflatum, ideo etiam locum inter *falia media* obtinet, (licet perfectam salis medii na-turam non habeat). Aqua enim fortis sic præpara-tur, ut oleum vitrioli cum nitro subtilissime contu-

so

200

so combinetur, & per retortam destilletur. Oleum vitrioli, quoniam magnam aciditatem possidet, eiusque vis per calorem exaltatur, terram nitri alcalinam adgreditur, quo spiritus nitri liberatur, & sub nebularum rubicundarum forma transit. Spiritus, qui hoc modo obtinetur, est spiritus flammificus, nihilque aliud est, quam fortissimus spiritus nitri, sive penetrantissima aqua fortis; sed ille semper eo fortior & penetrantior est, quo minor olei vitrioli quantitas, & quo maior nitri portio sumitur & commisceatur. Si tali spiritui redditur terra alcalina, tunc iterum exsurgit nitrum tale, quale antea habuimus. Ex quibus satis constare arbitror, nitrum ex spiritu acido & terra alcalina constare, & proxime accedere ad salia media. Conf. NEVMANNI *praelectiones de nitro*, qui expressis verbis dicit, nitrum esse sal medium crystallinum fixum; quamquam concedat, spiritum illius acidum non esse purum, sed phlogisto combinatum, & alii auctores non nulla hic excipient da habeant.

§. III.

In aere tale contineri sal acidum, quale in spiritu nitri continetur, ex origine saltum mediorum manifestum est. Quod si enim terra, ex qua nitrum elutriatum fuit, per satis longum tempus aeri libero exponitur, denuo nitrum isti se se apponet. Non autem quævis terræ ad producendum nitrum, sunt aptæ, sed eæ potissimum, quæ alcalinæ sunt indolis, pinguemque sulphuream fovent substantiam: hinc

A 3

terræ

Generatio nitr.

terrae istae, quæ ex incensis relinquentur ædificiis, item partes animantium pingues, quæ maxima ex parte alcali fovent, nitro gignendo admodum sunt aptæ: hinc nitri coctores ex stabulis animantium terram squalentem diligenter eruunt, atque adservant, & terram stercoribus animantium imbutam, ad nitri generationem eligunt. Tale nitrum, quod ictis se se apponit corporibus admodum tenerum est, & paulisper volatile, nec ignem vehementiorem, nec radios solares servidiores perferre potest, sed facile iterum dissolvitur atque extrahitur. Ex hoc nitro arte illud vulgare, in igne fixius paratur. Nam lxxiiis nitrosis e terris hoc sale prægnantibus, extractis, lixivium additur alcalicum fixum e cineribus paratum. Hac facta miscela & coctione, imprimit in ahenis, accidente pristina acidi & alcali urinosi volatilioris, unio dissolvitur, urinosum auffugit, & loco eius alcali fixum in nitrum coalescit ordinarium. Terra denique calcarea ad nitri elementa referri non poterit, hæc enim reiterata solutione, filtratione, evaporatione ac crystallisatione penitus separatur.

*Nitrum præ-
ceteris salibus
mediis facile
fluīs.*

§. IV.
Salia media admodum ratione faporis, fixitatis, in igne volatilitatis, distincta sunt. Alia enim per longum tempus ignem vehementiorem perferre possunt, antequam in fluorem redigantur, ut tartarus vitriolatus, arcanum duplicatum; nitrum autem, si vel levissimo tractetur igne, in fluidam cito abit substantiam.

§. V.

§. V.

Omnia salia media in aqua solvi possunt, sed unum tamen altero citius atque promptius, & ipsa aqua plus de hoc quam de illo est referta. Hæc discrepantia partim a singulari, quod irrest, acido, & singulari mixtione dependet; partim vero etiam a particularum heterogenearum connubio. Nitrum, quod præ ceteris salibus semper aliquid habet singulare, in eo quoque a salibus aliis neutris differt, ut omnium citius in aqua solvi possit.

§. VI.

Quod si salia solvuntur in aqua, & evaporatio-
ni relinquuntur, crystalli generantur, quæ pro di-
versa salis ratione diversas nanciscuntur figuræ. Sic
sal gemmæ, sal digestivum SYLVII & mirabile GLAV-
BERI offerunt crystallos cubicas, sal ammoniacum
ramosas, instar frondium, vitriolum rhomboideas;
nitri autem crystalli sunt sexangulares. Quam ob-
rem nitrum in hoc differt a salibus aliis, quod in cry-
stallos abeat sexangulares.

§. VII.

Pater ergo ex antecedentibus, quod nitrum pro-
xime accedat ad salia media (§. 2.) præ ceteris salibus
facillime in igne fuit (§. 4.) in aqua citius aliis sali-
bus mediis solvatur (§. 5.) crystallisatum abeat in cry-
stallos sexangulares. Alii præterea ipsi attribuunt
phlogiston, & admodum videtur probabile, quod
cum dictis principiis ipsi insit.

*Nitrum aqua
facillime sol-
vitur.*

*Nitrum ery-
thallatum
offerit crystal-
los sexangu-
lares.*

*Quid sit ni-
trum?*

§. VIII.

§. VIII.

Nitrum in minime partculas solutum retinet substantiam sibi propriam.

Salia, si vel maxime in minutissimas moleculas divisa sint, ordinariam suam retinere figuram, ex eo est perspicuum, quod guttula aquæ salinæ evapora, microscopio subiecta, relicum sal in eadem, & sibi propria repræsentat figura. Cum igitur nitrum sit sal (§. I.) nullum plane est dubium, minutissimas eius particulas retinere propriam suam figuram.

§. IX.

Nitrum refrigerandi virtute predicitur.

Experientia docet, quod salia, (exceptis volatilibus) præ aliis corporibus ea sint prædita virtute, ut corpus calidum calore privent, illudque frigefaciant. Cum enim sint corpora densiora, atque ex physicis notum sit, quod quo densius sit corpus, eo fortius attrahat particulas igneas, earumque vim infringat: mirandum non est, salia virtute pollere corpora refrigerandi. Suppono autem salia, quæ hunc in corpore producere debent effectum, corpori refrigerando non esse calidiora. Eo melius autem succedit refrigeratio corporum a salibus, quo ista facilius in aqua possunt solvi. Physici enim demonstrarunt, corpus, quo plures in partes dividitur, eo maiorem nancisci superficiem, & numerum punctorum contactus augeri, quo maior est corporum superficies. Jam vis corporum attractrix est numero punctorum contactus proportionalis (§. 189. Phyxices Cel. KRUGERI) hinc nullum est dubium, quod ex eadem ratione salia soluta igneas particulas copiose attrahant.

Cum

Cum vero earum motui, quoniam corpora sunt densiora, resistant, celeritas, qua moventur, & consequenter vis imminuitur, unde non potest non frigus oriri. Cum vero alia corpora itidem soluta calorem non adeo imminuant, non possunt non particulae salinae maiorem igneas attrahendi, & ad quietem reducendi virtutem reliquias possidere. Jam nunc nitrum est sal (§. I.) & quidem tale sal, quod omnium citius & facilius solvitur (§. 4.) ideo præ aliis salibus refrigerandi virtute pollebit: & hoc etiam experientia docet. Notum enim est, quod linguae impossitum manifestum frigoris sensum exhibeat.

§. X.

Quod si nitrum interne adsumitur, parietes ventriculi & cesophagi tangit, & cum haec partes ex nervis conflatae sint, adeoque sensibiles, eas stimulat & sensationem efficit. Nemo de hac re dubitat, qui considerat, salia media ad stimulantia referri, & nitrum ad ea proxime accedere. Cum vero sensacionem excipiat motus, isti proportionatus, in ventriculo motus naturalis augeri debet. Motus, qui in ventriculo contingit, dicitur motus peristalticus; quid igitur clarius esse potest, quam motum peristalticum a nitro promoveri. Cum autem a motu peristaltico rite succedente, bona ciborum digestio & chylificatione dependeat, nitrum inter digestiva referri, non dubito.

§. XI.

Ex his rationem reddere possumus, cur nitrum
B *Nitrum in laxa dose datum in laxum laxat.*

in larga dosi datum, alvum aperiat. Alvis enim ex ea potissimum ratione laxatur, si motus ventriculi & intestinorum peristalticus augetur, & contenta huius beneficio propelluntur & expelluntur. Jam nitrum motum peristalticum intendit (§. 10.) hinc virtute laxante pollere satis superque liquet.

§. XII.

Nitrum est incidens medicamentum.

In ventriculo saepius haerent cruditates viscidæ & mucidæ, quæ impedium, quo minus chylificatio rite succedat. Cum igitur nitrum sit digestivum, motumque peristalticum promoveat (§. 10.) partium viscidarum cohaesio sensim sensimque imminuitur, & partes viscidæ a se invicem separantur. Accedit ad hoc, quod nitrum, quoniam solutum est, eiusque vis a calore in ventriculo augetur, in tales cruditates fortius agat, & dissolutionem earum promoveat. Jam medicamentum, quod viscidarum particularum cohaesionem imminuit atque resolvit, a medicis nominatur incidens, hinc nitro eundem titulum competere clarum est & perspicuum.

§. XIII.

Nitrum sanguinem diluit

Quod si solutio nitri sanguini e vena misso nigricanti & coagulato adfunditur, non modo reddit fluidorem, sed floridum ipsi conciliat colorem, quod ferre a nullo alio sale, quam a nitro exspectari potest. Conf. *Observat. chemic. B. HOFFMANNI de nitro.* Nescio igitur quo pacto quidam sibi persuadere potuerint, nitrum sanguinem noxie coagulare, ideoque usum illius, medicum sanitati præiudicium adferre.

§. XIV.

§. XIV.

Diximus §. 9. nitrum in genere refrigerare, hinc *Nitrum in no-*
nullum est dubium, id eundem producere effectum, *nitrum corpus*
si in corpus nostrum fuerit delatum. Corpus enim *refrigerans*,
nostrum nitro multo est calidius, hinc, si in ventri-
culum delatum, in eoque solutum fuerit, igneæ par-
ticulæ ex ventriculo partibusque adiectis in illud tran-
seunt. Physici enim demonstrarunt, ignem ex cali-
diore corpore in frigidius eo usque transire, donec
hoc aqualem cum illo naustum fuerit caloris gradum
(§. 245. *Phyfices Cel. KRUGERI*). Cum vero cor-
pus frigefiat, si particulis igneis privatur, nitrum par-
tibus nostri corporis frigus conciliare adparet. Ac-
cedit, quod salia media maiorem particulas attrahen-
di potentiam reliquis possideant corporibus (§. 9.).
Jam medicamentum, quod in nostro corpore frigus
excitat, dicitur refrigerans, hinc nitrum refrigeraci-
ens esse, clarum est & perspicuum.

§. XV.

Quod si maximus adeat calor vel æstus, aut par- *Nitrum est*
ticulæ igneæ adsint in magna quantitate, aut vehe- *temperanti.*
menter moventur, aut contingit utrumque. Jam
nitrum excitat frigus in nostro corpore (§. 14.) hinc
idem fieri, si ingens adeat æstus, satis superque pa-
tet. Effectus autem nitri, nimirum eius refrigera-
tio, eo maior est, quo maior caloris nostri corporis
est gradus. Nunc medicamentum, quod æstum no-
stri corporis sedat, motusque nimios compescit, au-
dit temperans; quam ob rem nitrum inter medica-
menta temperantia erit collocandum.

B 2

§. XVI.

*Nitrum con-
densat fluida
nostrī corpo-
ris.*

§. XVI.

Illud, quod in nostrum corpus delatum fuit atque solutum, agit vel in solidas vel fluidas partes. Quod si nitrum igitur interne fuerit adsumptum, tum solida tum fluida adficet. Jam nitrum frigus producit (§. 14.) hinc si in fluida agit nitrum, eadem refrigerat. Nunc notum est, frigus corpora condensare, & in arctius redigere spatium (§. 255. Phisices Cel. KRUGERI) quam ob rem nitrum virtute pollet, fluida nostri corporis, in quantum refrigerat, condensandi.

§. XVII.

Forsan cuidam ex comparatione §orum 13. 20. & antecedentis dubium enasci posset, nos nitro effetus plane contrarios attribuisse. Sed notandum est, me §o. 13. de nitro locutum fuisse, quatenus cum sanguine & humoribus mixtum est, & respectu qualitatum, quæ omnibus salibus, adeoque etiam nitro (§. 1.) competunt, atque in attenuanti, & humorum cohæsionem nimiam tollendi virtute consistunt. §o. 16. nihil singulare de nitro dixi, quam quod ab omnibus corporibus frigefacientibus contingit, nam frigus condensat, ideoque quod frigus producit, ut est nitrum, condensationem efficiat, absolute est necessarium. Interea tamen ego non intelligo per condensationem talem sanguinis & humorum mutationem, ut massam fortiter concrecentem valdeque cohaerentem constituat: hoc enim esset admodum absurdum. Sed sufficiat dari gradus condensationis, &

si vel

si vel maxime nitrum, non magno gradu humores condenset, minori certe, vel longe minori gradu, ut condenset, necesse est.

§. XIX.

Quodsi magnus calor adest in nostro corpore fluida expanduntur & maius occupant spatiū; hinc vasa dilatantur, & cum vasorum expansionem semper excipiat systole ipsi æqualis, vasa valde se se contrahunt, sanguinemque & humores magna cum vehementia propellunt; quo non potest fieri, quin circulus humorum augeatur, qui non solum, ob continuum globulorum sanguinis ad vasa adpulsum & ad latera attritum, denuo calorem generat, sed multa quoque mala, quæ ex vehementi humorum motu oriri possunt, producit: ut obſtructiones, inflammationes, sanguinis effusiones, resolutionem in falia, & ob seri difflationem, visciditatem, aliaque. Iam nitrum fluida expansa condensat, & in arctius redigit spatium (§. 16.) unde nimia vasorum expansione imminuitur, circulus humorum nimius vehemens retardatur, & mala modo dicta præcaventur.

§. XIX.

Salia omnia ad massam deferri sanguineam, mul-
ti dubitant, saltim iudicant, ea, quæ, difficilioris sint
solutionis, in primis viis, efficaciam suam potissimum exſerere. Talia putantur tartarus vitriolatus,
arcanum duplicatum & alia. Interim tamen nemo facile negabit, falium horum particulas subtiliores,
cum aliis humoribus commixtas, per ordinariam vi-

am abire ad sanguinem. Experientia enim docet, quod per urinam & transpirationem, sal, quod intra corpus adsumtum fuit, excernatur, manifesto documento, id in sanguinem fuisse delatum. Nitrum vero in eo differt ab aliis salibus neutris, quod facilime solvatur (§. 5.) nullum igitur est dubium, quin deferatur ad massam sanguineam. Qui hac de re dubitat, quod nitrum non ingredi possit vasa lactea, quoniam in illis efficit sensationem, quam sequitur earum constrictio, impediens, quo minus sal ingredi possit; ille perpendat, nitrum non purum & solum vascula haec intrare, sed iam cum aliis humoribus esse commixtum, quorum beneficio transfertur ad massam sanguineam.

§. XX.

*Nitrum re-
solvit.*

Quod si nitrum ad massam sanguineam fuerit delatum, ad duo est respiciendum: nimirum ad sanguinem ipsum, & ad vasa, quae istum vehunt. Quod ad sanguinem attinet, illum quodammodo fluidorem reddit & diluit, saltim ipsius tenacitatem lubricam facit & mobilem. (§. 13.). In vasibus efficit sensationem, quoniam illa stimulat, hinc ista se se contrahunt, & liquida maiori vi propellunt. Quæ, si consideramus, facile rationem reddere possumus, cur nitrum præter effectum coagulantem, etiam quodammodo resolutorium producat. Cum enim vasa paulo velocius se se contrahunt, & liquida propellunt, non potest non fieri, quin sanguis concretus, & in vasis subsistens in motum cieatur, sensim sensimque

¶ 15

simque propellatur, & vis, qua partes eius cohærent, imminuatur. Id quod eo facilius fieri potest, quoniam nitrum diluendi virtute pollet, eamque ob causam partes cohærentes a se invicem separat: ad quod accedit, quod actio nitri per calorem internum multum intendatur.

§. XXI.

Quod si spasmus adeſt, ſemper adēſſe debet cauſa, quæ eum produxit: nullus enim effectus eſſe poterit ſine cauſa. Iam ſæpius ſanguis & humores concreſcunt, in vasis haerent, & nervos, per partes obſtructas, diſpersos tendunt, & ſpasmus efficiunt. Cum igitur nitrum blande demulcendi & ſimul reſol- vendi virtute gaudeat (§. 10.) obſtructiones remo- vere poterit, quæ ab humoribus concretis & impa- ctis proveniunt, ſpasmus ergo vel remittere, vel plane ceſſare debet, prout nitrum obſtructionem vel imminuit, vel tollit, ceſſante enim cauſa, ceſſet effec- tus, neceſſe eſt. Nunc medicamentum, quod ſpas- mum tollit, dicitur antiſpasmodicum: quam ob rem illud inter antiſpasmodica referendum erit.

*Nitrum eſt
antiſpasmodi-
cum.*

§. XXII.

Consulto dixi, quod obſtructiones a materia viſida, tenaci, minusque acri provenire debeant, ſi ni- trum effectum debet exferere antiſpasmodicum, & hoc experientia quoque adfirmat, quod nitrum ſub iisdem circumſtantiis adhibitum, ſalutarem produ- cat effectum. Quot obſtructiones, quot inflamma- tiones a liquidi, vasa permeantis, ſpiffitudine, vi- ſcitat-

ciditate, eiusque molecularum aucta mole non oriuntur, & semper nitrum tunc magna cum utilitate adhibetur. Quod si spasmus oritur ab acrimonia humorum, facile est perspectu, nitrum tunc itidem convenire, quoniam centenis Practicorum observationibus notum est, quod acres humores non solum efficaciter involvat, sed etiam, quia motum paululum intendit, per diuresin leniter excernat

§. XXIII.

Nitrum in febribus intermittentibus, a materia viscida ortis, curandi scopo adhiberi potest.

Experientia docet, febres intermitentes saepius a materia aliqua viscida, in primis viis haerente, provenire. Iam morbus cessat cessante causa, ideoque ea medicamenta, quae materiam istam corrigunt, in febribus intermittentibus summo cum fructu usurpantur. Iam nitrum est incidens (§. 12.) quam obrem materiam viscidam in primis viis haerentem lubricando & resolvendo mobiliorem reddere potest. Quod si fit, febres ab hac causa provenientes vel remittunt, vel cessant: nitrum ergo in febribus intermittentibus, a materia viscida ortis, curandi scopo adhiberi potest.

§. XXIV.

Nitrum in febribus spasmodica est nervorum constrictio, aestus, motusque sanguinis auctus: quam ob rem omnia in his convenientia medicamenta, quae sanguinis aestum retardat, refrigerat, astumque temperat.

In omnibus febribus spasmodica est nervorum constrictio, aestus, motusque sanguinis auctus: quam ob rem omnia in his convenientia medicamenta, quae spasmum tollunt, celerem sanguinis circulum retardant, & aestum temperant. Iam nitrum est antispasmodicum (§. 21.) circulum sanguinis motum immunit (§. 18.) & refrigerat (§. 14.) nitrum ergo in febribus

bribus spasmodum tollendi, circulum sanguinis auctum retardandi, refrigerandi, aestumque temperandi scopo usurpari potest.

§. XXV.

Sæpius febres intermitentes a stasi materiae acris, *Nitrum in febris intermitentibus inducta, & ad partem nobiliorem vel translatam, vel a materia ad intestinorum canalem abeunte, ut a transpiratio-* cri biliosa orne prohibita, materia biliosa in primis viis hærente, *tis, si cum absorbentibus oriuntur.* Iam nitrum in febribus spasmodum tollen- *miseretur, nisi cum ab- di, circulum sanguinis auctum retardandi, refrige- surpari potest.* (§. 24.) ergo iisdem scopis in febribus modo dictis adhiberi potest. Quæ methodus medendi minus quidem prioribus temporibus probata fuit, hodie autem ubique fere recepta est. Quamquam enim hic rationes adsint, quo minus nitrum solum & purum usurpari possit facile tamen adpareret, & experientia abundantiter confirmatum est, quod nitrum, si cum absorbentibus miscetur, in his quoque febribus, tum spasmodum sedandi, tum sanguinis celerem circulum retardandi, & aestum temperandi fine, feliciter usurpari possit.

§. XXVI.

Febres acutæ, inflammatoriae sæpius a stasi humorum, in inflammationem abeunte, originem trahunt. Spasmodus quoque in iis adeo ingens atque exacerbatur, ut resolvit (§. 20.) ergo curandi scopo in febribus inflammatoriis adhiberi potest. Cum porro nitrum in omnibus ad spasmodum tollen-

C

DFG

tollendum, æstumque temperandum usurpari possit
(§. 15. & 21.) in febribus quoque inflammatoriis huic
quoque scopo adhiberi potest.

§. XXVII.

In febribus inflammatoriis, ut inflammatione ventriculi, intestinorum, vesicæ, pleuritide, peripneumonia, phrenitide, cholERICA, ardente, experientia teste, ingens atque maximus adeat calor, qui maximum valetudini periculum minitatur. Jam nitrum refrigerat & æstum temperat (§. 14. & 15.) ergo eundem, ut præstet effectum, necesse est. Æstu sedato mala illa præcaventur, quæ ab eo oriri possunt, quam ob rem nitri usus in febribus inflammatoriis præ ceteris est commendandus.

§. XXVIII.

Nitrum in febribus malignis adhiberi potest.

Febres malignæ acutæ plerumque epidemice grasantur, & magis æstate & autumno, quam alio tempore. Ortum suum trahunt a tempestatum varia constitutione, in primis, si tempestatem ferventem excipit valde frigida. Nam calor motu intestino accendit sanguinem multaque excrementsa salino sulphurea excludit, frigus autem poros cutis stringit, atque eadem intus retinet, quæ ad massam sanguineam delata seri & lymphæ crasim pervertunt. Peculiare autem, quod hisce in febribus observatur est ardor internarum & algor externalium partium, cum laffitudine totius corporis, pulsu contracto, ac parvo, urinaque pallida sine sedimento coniuncta: quæ symptomata omnia de spasmō testantur. Jam nitrum est antispasmodicum (§. 21.) ergo

ergo in febribus malignis antispasmodico æstum-
que temperandi scopo usurpari potest. Nam spas-
mo sublato humorum circulus æqualis redditur, &
se & excretiones rite procedunt, ita, ut diebus cri-
ticis per sudorem aut urinam materia maligna e cor-
pore eliminari possit.

§. XXIX.

In febribus chronicis, ut lentis & hecticis, calor
adest vel continuus, vel certo tamen tempore rēdiens
& magnus, hinc multi utiles succi ad vitam & vires ne-
cessari dissipantur, mortisque periculum adfertur, ni-
si arceatur. Jam nitrum est temperans (§. 15.) ideo
in febribus chronicis æstum magnum, ut temperet, ne-
cessē est. Quantæ vero exinde oriuntur utilitates ad
sanitaratem restituendam, unicuique artem medicam
exercenti notum erit. Quam ob rem nitrum summa-
cum utilitate in febribus chronicis usurpari potest.

§. XXX.

Hæmorrhagiæ plerumque oriuntur a causa, quæ
sanguinis motum magna vi ad certum locum deter-
minat, vel maiorem in circulum rapit; ut est spasmus
partium inferiorum, spirituosa largiter ingesta, motus
corporis nimium auctus, sanguinis evacuationes arti-
ficiales vel neglectæ, vel naturales sublatae. Jam ni-
trum sanguinis motum nimium retardat (§. 18.) ex-
æstuationem temperat (§. 15.) & spasnum imminuit
(§. 21.) ergo nitrum omnibus fere indicationibus fa-
tisfacit, atque optimum ad hæmorrhagias placandas
est remedium. Id quod etiam experientia confir-
mat.

C 2

§. XXXI.

§. XXXI.

*Nitrum inex-
ternis quoque
morbis usur-
pari potest.*

Cum nitrum resolvat (§. 20.) æstumque immiuat (§. 15.) externis quoque in morbis, ubi materia resolvenda, & æstus partis adfectæ temperandus, ut in angina, aliisque inflammationibus faucium summo cum fructu adhiberi potest.

§. XXXII.

Optime scio, me non omnia huc pertinentia attingisse, e.g. quid nitrum in mania aliisque capitis affectibus, item in rheumatismis aliisque doloribus ex spasmo ortis efficiat. Sed cum ea, quæ ad huc proferre potuissent, partim Dissertationis meæ limites transgressæ fuissent, partim vero ita sint comparatae, ut facile ex antecedentibus legitima consequentia deduci possint, huic labori supersedere potui. Quis enim non videt, nitrum in omnibus aliis morbis chronicis summam præstare utilitatem, ubi æstus temperandus, spasmus sedandus, sanguis diluendus, obstrunctionesque tollendæ sunt, si cum exacta circumstantiarum consideratione adhibeatur.

§. XXXIII.

Licet autem nitrum optimum & præstantissimum medicamentum sit, dantur tamen non nulli casus, in quibus usus illius admodum circumspectus aut plane exclusus esse debet. Evidem non inhærebo vulgari illi scrupulo, ac si nitrum cum sulphure aut vitriolo mixtum & interne propinatum, per calorem gastricum a spiritu suo corrosivo liberari &

sic

sic lethale acidum fieri possit: experientia enim a posteriori toto die testatur, quod metus iste vanus sit, & corporum mutationes in ventriculo non ita contingere, uti quidem in crucibulo & retorta.

§. XXXIV.

In dysenteriis, diarrhoeis autem & fere omnibus alvi defluxionibus nitrum caute adhibendum est. *Nitrum in dysenteriis & diarrhoeis* Nam quoniam motum peristalticum auget (§. 10) & alvum irritat (§. 11.) malum exinde augetur, & peius ponendus redditur. Cum autem nitrum stimulet (§. 10.) & talis stimulus & constrictio diu permaneat, facili negotio aut inflammatio orietur, aut ipsa vasorum arrodentur: hinc melius est, si in omnibus defluxionibus alvinis, ex materia acri ortis, a nitroforum largiore usu abstimatur, & magis demulcentia, humectantia & absorbentia propinentur. Et si forte mens medici simul sit aestum febrilem contemperandi, tantum aliquot grana inter absorbentia adsumat, necesse est.

§. XXXV.

Deinde etiam usus nitri valde suspectus est in e-*Nitrum in enteropne ventricis* Nam uti iam in antecedenti §. 90. *colic spasmum diximus, nitrum stimulare, & sensationem in partibus nervosis excitare, ita constrictiōnē & cardialgiam, aliaque symptomata augere potest.*

§. XXXVI.

Porro nunquam nitrosa in magna quantitate ad-*Nitrum in subiectis acidis vinis utentibus, & dis vinis ubi acidum in primis viis hæret, uti in hypochondriacis.*

ubi acidum in acis. Nam cum ob aciditatem fere continuo aliqua primis viis hæret, non in magna quantitate aetatur. constrictio in ventriculo adsit, ab usu nitri hæc augabitur, ita, ut continuato usu ventriculus magis magisque deperdatur, concoctio imminuat, & cruditates viscidæ generentur, sed etiam sæpius ipsi vomitus oriuntur. Nunc notum est ex cruditatibus istis crudum chylum fieri; quid inde mirum, si humores spissescunt, se- & excretiones imminuantur, & tandem cachexia, hydrops, phthisis aut aliae lœsiones viscerum oriuntur. Melius igitur est, si nitrum hisce in subiectis ad pauca grana cum magna aliorum absorbentium quantitate usurpatur, nam tunc acidum simul infringitur,

§. XXXVII.

Nitri usus in febribus cholericis aut biliosis parca dosi concedendus est. Si biliosa materia, potissimum ab iracundiae affectu valde exagitata, in primis viis hæret, uti in febribus cholericis aut aliis biliosis, nitri usus parca dosi concedendus est. Nam ex pathologicis patet, talem materiam biliosam temporis mora fieri causticam, & valde tunicas ventriculi stimulare, quod etiam continui conatus ad vomendum, ipsisque vomitus in hisce febribus satis superque indicant. Quis igitur est, qui dubitet, omnia salina (in primis autem nitrum, quoniam est valde solubile) hisce in morbis parcus esse adhibenda, cum stimulationem iam præsentem adaugeant.

§. XXXVIII.

Nitrum in febribus exanthematicis in variolis, morbillis, purpura, petechiis, & quæ sunt alia, nitri inter-

ternus nimius usus evitandus, ne solutionem alvi & parca dosi u-
diarrhoeam producat, sive exanthemata revocet *surpandum*
Nam notum est ex antecedentibus, nitrum motum
peristalticum augere (§. 10.) & alvi fluxum concilia-
re (§. 11.) hinc etiam hisce in febribus melius est, si
parca dosi cum absorbentibus mixtum, adhibeatur
nitrum, & alvum diu clausam potius clysteribus la-
xare, ne diarrhoea & retropulsio materiæ
exanthematicæ contingat.

PRÆNOBILISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO CANDIDATO
AMICO ÆSTVMATISSIMO.
S. P. D.
J. G. KRUGER.

Gratulor TIBI honores & facultate medica confe-
rendos, & disputationem eleganter conscri-
ptam, sed invitus crede mibi, id facio, non
quod demonstrationibus TVIS exiguum pretium sta-
tiuam, aut novo nominis TVI ornamento parum, ne
dicam omnino non delecter; sed, quoniam Halam re-
licturus Hamburgum libertatis & felicitatis illam
sedem petere constituisti, cuius ipse TIBI auctor sua-
forque

forque exsteti. Nunc vero doleo, quoniam ex ingenio
TVO ad preclara quævis enitenti & laudabili perfis-
ciendi ardore non solum, sed quod præcipuum est sin-
cera & genuina amicitia maximam semper percepi
voluptatem, qua nunc carere me oportebit. Verum
enim vero amare TE non possem, si dolorem, neque
potius voluptatem ex omnibus illis percipere vellem,
qua ad TVAM felicitatem promovendam faciunt.
Nempe iam prævideo, fore, ut sapientes & oculati vi-
ri, quibus Hemburgum exornatur, ingenuum TVVM
animum, & virtutis studiosum præclaram eruditionem,
& omnia, qua ad felicem exercendam praxin faciunt,
facillime agnoscant. Ex docta TVA dissertatione,
cuius ex voluntate TVA opponens ero, latus perspe-
xi, matheos & physices, quas in meis acroastibus im-
bibisti fructum. De nulla enim re loqueris, nisi sup-
peditato prius conceptu claro atque distincto, nibilque
affiras, quod non concatenatis ratiociniis demonstra-
veris, atque frequentibus medicorum observationibus
confirmari possit. Quod eo magis laudari meretur, cum
Dissertatio TVA sit chemica, in qua certe scientia, si
in ulla obscuritas dominatur atque confusio, & plura-
que scripta oppositum quasi exhibent perspicuitatis &
certitudinis mathematicarum scientiarum. Adeo mas-
cule & docte ad opponentium dubia respondisti, cum
sub meo præsidio nuper dissertationem medicam defen-
deres, ut nullus dubitem, fore ut nunc etiam eundem TE
sis præstiturum. Quod reliquum est favori & ami-
citiae TVÆ me etiam atque etiam commendans, omnia
TIBI, qua a me proficiisci possunt officiorum pro-
mitto genera. Vale.



Halle, Diss., 1745 (1)

VD 18

ULB Halle
002 729 369

3



58



DISSERTATIO

NITROSO AGENDIV

DIVINI NVMINIS AVSPIC
GRATIOSI

DN. JOANNI

MEDICINAE DOCTORI
PVBLIC

DECANO H

PATRONO ET PRÆCE
CVLTV

PRO I

SVMMISQVE IN ARTE ME
DOCTORALIBVS

AD D.

PVBLICO ERVDITO

CHRISTIANVS F

HALAE

Typis IOANNIS CHRIST